BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

monii. tollet agnum et offeret eum
pro delicto olei quoque sextarium. et obla
tis ante dominum omnibus, inmolabit
agnum ubi inmolari solet hostia
pro peccato et holocaustum id est in loco
sancto. Sicut enim pro peccato ita et pro
delicto ad sacerdotem pertinet hostia
sancta sanctorum est. Assumensque sacer
dos de sanguine hostie que inmola
ta est pro delicto ponet super extremum
auricule dextre eius qui mundatur
et super pollices manus dextre et pedis.
et de olei sextario mittet in manum
suam sinistram. tinguetque digitum
suum dextrum in eo et asperget septies
contra dominum. Quod autem reliqu
um est ~~domini~~ olei in leva manu
fundet super extremum auricule dextre
eius qui mundatur et super pollices
manus ac pedis dextri et super sangui
nem qui effusus est pro delicto et super
caput eius. rogabitque pro eo coram
domino et faciet sacrificium pro peccato.
Tunc inmolabit holocaustum et po
net illud in altari cum libamentis
suis et homo rite mundabitur. Quod
si pauper est et non potest manus eius in
venire que dicta sunt. agnum su
met pro delicto ad oblationem ut ro
get pro eo sacerdos. decimamque partem
simile conspersae oleo in sacrificium.
et olei sextarium. duosque turtures sive
duos pullos columbarum. quorum
unus sit pro peccato et alter in holo
caustum. offeretque ea die octavo
purificationis sue sacerdoti ad hos
tium tabernaculi testimonii coram
domino. Qui suscipiens agnum
pro delicto et sextarium olei leva
bit simul. inmolatoque agno de san
guine eius ponet super extremum
auricule dextre illius qui mundatur
et super pollices manus eius ac pe
dis dextri. olei vero partem mittet in ma
num suam sinistram in quo tinguens
digitum dextre manus asperget sep
ties contra dominum. tangetque extremum
auricule dextre illius qui mundatur
et pollices manus ac pedis dextri in
loco sanguinis qui effusus est pro
delicto. Reliquam autem partem olei que
est in sinistra manu mittet super
caput purificati ut placet pro
eo dominum et turturem sive pullum
columbe offeret unum pro delicto.
et alterum in holocaustum cum li
bamentis suis. Hoc est sacrifici
um leprosi qui habere non potest omnia
in emundatione sui. Locutusque est
dominus ad moysen et aaron dicens.
Cum ingressi fueritis in terram cha
naan. quam ego dabo vobis in pos
sessionem. si fuerit plaga lepre in
edibus. Ibit cuius est domus nunci
ans sacerdoti et dicet. quasi ~~lepra~~
plaga lepre videtur michi esse in
domo mea. At ille precipiet ut ef
ferantur universa de domo. prius
quam ingrediatur eam et videat u
trum lepra sit. ne inmunda fiant
omnia. que sunt in domo. Intrabit
que postea ut consideret domus le
pram. et cum viderit in parietibus
illius quasi valliculas. pallore sive
rubore deformes et humiliores super
ficie reliqua. egredietur hostium
domus. et statim claudet eam sep
tem diebus. Reversusque die sep
timo. considerabit eam. si in ve
nerit crevisse lepram iubebit erui.